



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 38. Theodosius Idololatriam persequitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

A.C. 385. **S**æculum IV. for cum innumerabilibus turmis Monachorum, quorum aliqui Presbyteri erant, aut Diaconi, obviam processit. Celebratissimos invisit Anachoretas, cellulas intrabat, eorum pedibus prosternebatur, nec quidquam aliud ab hoc deserto eam cum suis puellis abstrahere potuit, nisi in sanctis Redemptionis humanæ locis habitandi vehemens amor. Igitur prompte in Palæstinam reversa, Bethlehemi sedem vixit, ubi in angusta domo tribus annis morata est, donec cellulas, Monasteria, & excipiendis peregrinis hospitia prope viam ædificasset. Hic sub Regimine S. Hieronymi, qui & ipse ibi dies suos clausit, reliquum vitæ tempus transiegit, sacrarum Scripturarum studio, & pietatis operibus in peregrinos intenta.

## §. XXXVIII.

*Theodosius Idololatriam persequitur.*

*Zosm. l. 4. p. 762. Theod. V. hist. c. 1. Sup. l. XVI. §. 29.* **T**heodosius in Oriente Idololatriæ extirpandæ omnibus viribus incumberebat. Constantinus Magnus prohibuit quidem, ne Dæmonibus sacrificaretur, sed Tempia non diruit, contentus, paganos ab ingressu arcere. Patris exemplum secuti sunt filii. Julianus Idolorum cultum reducere conatus est, quem Jovianus iterum ejecit. Valens solis Catholicis bellum movit, omnes alios, quæcunque Religio placuisset, sequi passus, ita



ita ut, ipso regnante, Idolis publice Sa- Sæculum IV.  
 crificia offerrentur, & Bachi Orgia cele- A C 385.  
 brarentur. Rebus Religionis ita com-  
 paratis, superveniens Theodosius, Idolo-  
 latriam radicitus evellere statuit. Cum  
 necdum sibi vires suæ placerent, ut Ma-  
 ximo bellum diceret, legatione ab eo ac-  
 cepta, oblatum fœdus iniit, Collegam  
 appellavit, & Cynegium Præfectum Præ-  
 torio Orientis in Ægyptum missum, Ma-  
 ximum Augustum proclamare jussit, &  
 imaginem ejus Alexandriae populis ho-  
 norandam exponere. Simul discedenti  
 Cynegio in mandatis dedit, ut templa *Idat. fast.*  
 clauderet, & omnibus Idola adorare pro- *an. 388.*  
 hiberet; idque effectui datum. In ejus-  
 modi legibus semper observamus, in Æ-  
 gypto maxime exstitisse superstitionum  
 fontes, atque in hac potissimum Regione  
 Idololatriam profundissimas radices egis-  
 se. Legem invenimus Theodosii, ad *L. 9. Cod.*  
 Cynegium directam, & datam Constan- *Theod. de*  
 tinopoli, octavo Calendas Junii, Arca- *pag.*  
 dio, & Bautone Consulibus, id est, 25.  
 Maji anno 385. qua sub gravissimi suppli-  
 cii pœna prohibetur, ne quis Diis sacrifi-  
 cet animalia, cujus exta deinde inspi-  
 ciat, & futura scrutetur; universim in  
 hac lege quodcunque demum Divina-  
 tionis genus adhibere vetatur.